167

inextincta carnis sitim ago mor
tis qui tabes corruptionis & cer
te ipsi erant qui extollebantur
honorib; habitis rebus tumebant
dispiciebant ceteros & quasi so
los se esse gaudebant, & dum non
perderent quo tendebant nescie
bant qui erant. Sicut beatus
iob ait: & redigentur in locum
ceruices eorum. In locum cer
uix redacta est quia dispecti ia
cent in putridine qui tumebant
in uanitate. In locum ceruix re
digitur quia quantum carnis
potentia ualeat tabes corrup
tionis probat. Quasi pingue cer
uice se contra dominum erexit qui tem
poralem habundantiam in sup
biam adsumit. Habent hoc po
tentes & iniqui proprium ut fal
lacib; diuitiis occupati ueradi
operas neglegant, & quanto
minus quod uerum est inquirunt,
tanto amplius falsis diuitiis oc
capati ueras dei operas negle
gant & quanto minus quod uerum
est inquirunt tanto amplius
falsis diuitiis extolluntur.

Cura multiplex terrenarum rerum
quanto plus occupat tanto amplius
excecat, hinc enim scriptum est,
Operuit faciem eius crassitudo
faciem ergo crassitudo operuit
quia desiderata terrenarum
rerum habundantia oculos men
tis premit, & hoc quod in eis esse hono
rabile debuit ante dei oculos fedat,
quia curis multiplicib; adgrauat.
Sunt nonnulli qui patronis maio
rib; adiuncti superbiunt & de eorum
elata potentia contra inopes sup
biae insaniam extolluntur.
Quisquis potenti & iniquo adheserit
Ipse quoque de eius potentia uelut
ex pinguedine rerum tumet. Ut
patroni peruersi iniquitatem sequens
deum non timeat quo sua ualet, &
quantum ualet pauperes adfligat,
De gloria temporali cor eleuet.
Cum ergo talis est qui iniquo potenti
adheserit de eius profecto latere
quasi a ruina dependit. In multa ne
quitia sunt constituti obsequen
tium cum ei peruersorum quorum
clamorib; peruersus patronus lauda
tur. Cum ad praua opera pro nequitia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0337